THUCYDIDES
Alvin.

DE USU PRÆPOSITIONIS
ΠΑΡΑ
APUD THUCYDIDEM.

DISPUTATIO ACADEMICA,

QUAM

PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

IN PUBLICO DEFENDET

A. R. ALVIN
CAND. PHILOS. OSTROG.

IN AUDIT. GUSTAV. MIN. ID. DEC.
H. A. M. S.

UPSALIÆ
TYPIS DESCRIPSIT ED. BERLING.
MDCCCLXXIII.

Subscription fund.

Præpositiones Græcæ plus quam alia genera verborum a grammaticis et philologis diu neglectæ sunt. Proximis autem temporibus quum inter alias gentes tum apud nos initium est factum præpositiones accuratius tractandi et illustrandi. Itaque de usu quarundam præpositionum apud alios scriptores usurpatarum nostratium nonnulli jam ante disputaverunt et Thucydideum usum nuperrime quidem VV. DD. Jonas Petrus Lagergren, Zacharias Grundström tractandum susceperunt. Putamus igitur non sine fructu futurum esse, si hoc opusculum ad illam inchoatam tractationem addiderimus. Tam autem dilucide ii viri, quos supra nominavimus, cur ineptus et inanis existimandus non esset talis labor exquirendi, quoties et quomodo quæque præpositio apud auctores singulos usurpata legeretur, quantumque tales tractationes suscipere litterarum antiquarum studii interesset, explanarunt, ut nihil opus sit addere.

Jam plurima in præpositione *παρά* tractanda collecta et præparata habebamus et rationem hujus opusculi institueramus, quum nobis in manus incidit disputatio quædam "de usu præpositionis *παρά*" a Friderico Hermanno Rau conscripta, quæ disputatio inest in libro Georgii Curtii inscripto: "Studien zur Griechischen und Latei-

nischen Grammatik. Dritter Band. Leipzig 1870". Quamquam instituti nostri rationem non mutavimus, fieri non potuit, quin opus illud doctissimi viri multum respiceremus.

Sed antequam id quod proposuimus aggredimur, non inutile, opinor, erit ad ipsam rem declarandam proponere, ea quæ Rau illi cum G. Curtio conveniunt, historiæ præpositionum tria tempora distinguenda esse:

I. Omnes præpositiones fuisse adverbia, sui juris [1]).

II. Præpositiones natura præfixorum indutas cum verbis esse compositas.

III. Præpositiones cum casibus nominum conjungi, eo consilio ut variæ casuum significationes accuratius distinguantur.

Contendit præterea Rau. id tenendum esse, ex præpositionibus nullo modo casus suspensos esse, quæ est plurimorum grammaticorum sententia, sed conjunctionem præpositionum cum casibus ita esse explicandam, ut ex communi notione verbi et præpositionis casus pendere putetur, præsertim quum una eademque præpositio ut *παρά* tres casus regere possit. Concedit tamen quamquam genuina significatio et primaria ex adverbiali usu cognosci possit, fieri nullo modo posse, ut vis et usus præpositionis recte intelligantur, nisi antea præpositionis cum casibus conjunctionem diligentissime perscrutati simus.

Aliis igitur usibus præpositionis *παρά* omissis, cum casibus conjunctam investigare propositum erit nostrum.

Præterea id præmonere volumus, omnia nos exempla, nisi quæ inviti et inscii omiserimus, attulisse, explicationes autem nisi necessarias missas fecisse, iis fere caussis adductos, quibus Lagergren. Betantio enim dicenti: "si velis notiones vix adumbratas exponere, unum esse fidum in-

1) Cfr. quod E. A. Fritsch in libro, qui inscribitur "Vergleichende Bearbeitung der Griech. und Latein. Partikeln. 2. Theil. Die Präpositionen. Giessen 1858", de eadem re scribit.

terpretem patrium sermonem", is valde assentitur, quum dicit, sine dubio latinam certe linguam magis esse verborum inopem, quam ut discolores particulæ cujusdam significationum varietates satis distincte possint exprimi; at plerumque exempla ipsa in suo quæque genere apte collocata tam dilucida esse, ut ex se intelligantur nec multis verbis opus sit ad ea explananda et interpretanda.

Præpositionis *ΠΑΡΑ*, cujus de forma et origine vid. Kuehn.[1]. Fritsch.[2]), Curt.[3]), Pass.[4]), primaria et generalis significatio, quæ semper localis est, in tres speciales distrahitur ex natura casuum quibuscum componitur diversas.

I.

Παρά cum accusativo conjunctum

A) locali significatione

a) ex verbis *motum* significantibus aut ex iis, quibus motus significatio certe involuta est, suspensum usurpatur ad designandum, quo motus fiat vel in cujus vicinitatem quid dirigatur. Apud Thucydidem illa significatione cum his verbis et locutionibus *παρά* nomini cuidam vel pronomini præpositum conjungitur: *ἀπιέναι*, *ἀφικνεῖσθαι*, *διαπλεῖν*, *διαφορεῖν*, *ἐσιέναι*, *ἔρχεσθαι*, *ἀνέρχεσθαι*, *ἐξέρχεσθαι*, *ἐσκομίζειν*, *ἥκειν*, *καταλύειν*, *καταφεύγειν*, *κομίζειν*, (*μεταναστάναι*,) *μεθιστάναι*, *μετατάσσειν*, *πέμπειν*, *ἐκπέμ*-

1) Ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache von D:r Raphaël Kühner. 2:te Auflage. Hannover 1872 II, 1. pag. 441.

2) Vid. supra pag. 2, adn.

3) G. Curtius, Grundzüge der Griechischen Etymologie. Leipz. 1873. pag. 269. Vid. præterea Librum ejus supra in pag. 1. annotatum, in quo inest Disputatio Rau. Pagg. 4—8.

4) Handwörterbuch der Griechischen Sprache von Franz Passow. Fünfte Auflage. s. v. *παρά*.

πειν, προπέμπειν, πλεῖν, ἐσπλεῖν, πορεύεσθαι, πρεσβεύεσθαι, παραβοηθεῖν, ὑφέλκειν, φεύγειν, φοιτᾶν, χωρεῖν, ἀναχωρεῖν, ὑποχωρεῖν, φέρειν.

Ex. *Τοὺς οὖν ὄντας ἐν Συρακούσαις Λεοντίνων ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας Ἀθηναίων ἀδεῶς ἀπιέναι* VI, 50, 4. *Καὶ ἀφίκοντο παρ' αὐτοὺς Λαρισσαῖοι* II, 22, 2. Cfr. IV, 122, 1. VII, 31, 3. *Διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Παιδάριτος παρ' αὐτόν* (i. e. *τὸν Ἀστύαχον*) VIII, 33, 3. (Alii habent *παρ' αὐτῶν* i. e. *τῶν Χίων*, *παρ' οἷς ἦν*, i. e. *ἐκ τῆς Χίου διαπλεύσας ὅπου ἦν*. Difficile autem est verba *τῶν Χίων* cogitatione supplere, "quia de Chiis, ubi versatus est Pedaritus nulla quidem mentio antea fuit injecta. Proxime autem antecesserat narratio de Astyacho propter Pedariti litteras ad eum missas in Erythrarum urbem navigante." Benedict. Itaque Dukero potius assentior: «Non dubitem præferre *αὐτόν*, quemadmodum alios hic legisse, scribit Portus, et emendatum erat in Cass.": et Gottleberus addit, quod non est despiciendum: "Ita et melius congruerit pluralis, qui sequitur *ἀναζητήσαντες*, nempe hi duo, Ast. et Pæd. jam conjuncti." In editionibus Kruegeri et Bekkeri legitur *πρὸς αὐτόν*. Cur editores tam inter se dissimilia lectionum genera exhibuerint, quis est, quin nesciat.) *Καὶ διεφόρησαν τοὺς σταυροὺς παρ' ἑαυτοὺς καὶ τροπαῖον ἔστησαν* VI, 100, 3. *Ἐσιόντες παρὰ τοὺς φίλους* II, 51, 3. *Εἴρηται γὰρ ἐν αὐταῖς, τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἥτις μηδαμοῦ ξυμμαχεῖ, ἐξεῖναι παρ' ὁποτέρους ἂν ἀρέσκηται ἐλθεῖν* I, 35, 1. Cfr. I, 115, 2. V, 50, 4. 56, 2. *Ἀνελθὼν* (nonnulli *ἀπελθὼν*) *δὲ παρ' αὐτὸν ἐς Μαγνησίαν καὶ παρὰ Τισσαφέρνην* VIII, 50. 3. *Ὁ μὲν ἐξῆλθε παρ' αὐτόν* III, 34, 3. *Καὶ ὡς ᾔσθοντο παρόντα ἐσκομίζουσι παρ' αὐτοὺς ἐγχειρίδια ἔχοντας ἄνδρας ψιλοὺς ἑπτά* IV, 110, 2. *Ἥκοντας παρὰ τούς πέλας ἐπικουρίας δεησομένους* I, 32, 1. Cfr. I, 137, 4. IV, 18, 1. 85, 2. *Ἀναγκάζεται κατά τι ἄπορον παρὰ Ἄδμητον τὸν Μολοσσῶν βασιλέα, ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον, καταλῦσαι* I, 136, 2. (Similiter Lat. devertere ad alqm. Dicitur

tamen etiam *καταλύειν παρά τινι* [deverti apud alqm. Liv. et Plaut.] Pp.) *Τὸ δὲ κήρυγμα ποιήσασθαι τούτου ἕνεκα τοῖς παρ' Ἀθηναίους καταπεφευγόσιν* IV, 114, 4. *Τούς τ' ἐπικούρους τοὺς περὶ τὸν Ἀμόργην παρὰ σφᾶς αὐτοὺς κομίσαντες καὶ οὐκ ἀδικήσαντες ξυνέταξαν, ὅτι ἦσαν οἱ πλεῖστοι ἐκ Πελοποννήσου* VIII, 28, 4. (*Οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλύνθιον καὶ Ἀργαίους* III, 114, 2. Vel melius fortasse, ut scribendum censent nonnulli: *παρὰ Σαλυνθίου*, verbis *καὶ Ἀργαίους* omissis. Vid. infra pag. 21). *Εἰ μή τις πείσει βασιλέα μεταστῆναι παρὰ σφᾶς* VIII, 53, 3. Cfr. I, 107, 4. *Ξυνέβη τε αὐτῷ καλεῖσθαί τε ἅμα καὶ τοὺς ξυμμάχους τῷ ἐκείνου ἔχθει παρ' Ἀθηναίους μετατάξεσθαι* I, 95. 3. *Ποτιδαῖται δὲ πέμψαντες μὲν καὶ παρ' Ἀθηναίους πρέσβεις* I, 58, 1. Cfr. I, 135, 1. II, 7, 1. 81, 1. IV, 98, 1. V 6, 2. 80, 3. VI, 7, 4. VIII, 9, 7. *Κήρυκα ἐξέπεμψαν παρὰ τοὺς Θηβαίους* II, 5, 3. *Καὶ προπέμψαντος αὐτοῦ ἄγγελον ἐς Φάρσαλον παρὰ τοὺς ἐπιτηδείους* IV, 78, 1. *Ὡς ᾔσθοντο τοὺς ἐκ τῆς πόλεως πανστρατιᾷ ἐν Μεγάροις ὄντας, ἔπλευσαν παρ' αὐτοὺς καὶ ξυνεμίχθησαν* II, 31, 1. *Καὶ* (*ᾤοντο*) *παρὰ σφᾶς ὅσον οὐκ ἐσπλεῖν αὐτούς* (in malam partem dictum) II, 94, 1. *Καὶ λαθὼν ἐπορεύετο ἐς Φιλοῦντα παρὰ τοὺς ἄλλους ξυμμάχους* V, 58, 2. *Εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς* (Kruegero, qui verba *πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς* uncis circumscripsit, hic locus corruptus esse recte, ut opinor, videtur) I, 91, 3. Alterum exemplum, ubi *παρά* cum accusativo conjunctum ex eodem verbo est suspensum: *Ἀλλά, καίπερ οὐ βουλόμενοι ἔνδηλοι εἶναι τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπρεσβεύοντο παρ' αὐτοὺς καὶ ἐπειρῶντο τήν τε Πύλον καὶ τοὺς ἄνδρας κομίζεσθαι* IV, 41, 3. Cfr. VIII, 71, 4. *Καὶ ἐντεῦθεν ἐτόξευόν τε καὶ ἠκόντιζον εἴ τις παραβοηθῶν παρὰ τὸ τεῖχος κωλυτὴς γίγνοιτο τῆς διαβάσεως* (s'avançant au secours *vers* le mur. Didot.) III, 23, 3. *Οἱ δὲ ταύτῃ ἀποκληόμενοι τοῦτο μὲν ἐπέσχον, ὑπόνομον δ' ἐκ τῆς πόλεως ὀρύξαντες καὶ ξυντεκμηράμενοι ὑπὸ τὸ χῶμα ὑφεῖλκον αὖθις παρὰ σφᾶς*

τὸν χοῦν II, 76, 1. *Καὶ τῶν Συρακουσίων οἱ μὲν τὸ δεξιὸν κέρας ἔχοντες πρὸς τὴν πόλιν ἔφυγον, οἱ δ'ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ παρὰ τὸν ποταμόν* VI, 101, 3. *Ὕστερον δὲ φοιτῶντες παρ' Ἀθηναίους* I, 139, 1. *Ἱππίας ..... ἐχώρει ὑπόσπονδος ἔς τε Σίγειον καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον* VI, 59, 5. *Ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὄν, ἀνεχώρουν* I, 2, 3. Cfr. I, 63, 2. II, 82, 1. *Πρῶτον μὲν ὑποχωρεῖ δείσας παρὰ Τισσαφέρνην* VIII, 45, 2. *Ὅπως μὴ τῷ ὑμετέρῳ εὔνῳ, εἰ μὴ προσαχθήσεσθε, τοῖς ἀπὸ ὑμῶν χρήμασι φερομένοις παρ' Ἀθηναίους βλάπτωνται* IV, 87, 2.

Sæpe *παρά* cum accusativo ex omissis vel latentibus verbis motus pendet, quæ tamen verba facile cogitando expleri possunt. Ex. *Παρὰ δ'αὐτοὺς* (audiendum est verbum *ἐπετάξαντο* = collocarunt) *καὶ τοὺς ἀκοντιστάς* VI, 67, 4. *Τάνταλον δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Λακεδαιμονίους καταδῆσαι* (ubi notio mittendi latet; nam est pro plenioribus *Τάνταλον παρὰ τοὺς ἄλλους .... ἀπαγαγόντας καταδῆσαι.* Pp.) IV, 57, 4. Videtur etiam verbum mittendi omissum esse hoc in loco: *Καὶ παρὰ Παυσανίαν ἐς Βυζάντιον ἐπιστολὴν ἀντεπετίθει αὐτῷ ὡς τάχιστα διαπέμψαι* I, 129, 2.

Significationem ejusdem generis habet *παρά* ex his verbis suspensum: *ἐπιμίσγειν, ἐπιμίγνυσθαι, ξυλλέγεσθαι, φοιτᾶν* et ex locutione *πλωϊμώτερα γίγνεσθαι.* Ex. *Τῶν Ἑλλήνων τὸ πάλαι .... παρ' ἀλλήλους ἐπιμισγόντων* (commercia inter se habere) I, 13, 3. *Ἐν ᾧ οὔτε ἐπεμίγνυντο ἔτι ἀκηρυκτεὶ παρ' ἀλλήλους καταστάντες τε ξυνεχῶς ἐπολέμουν* II, 1, 1. Cum hoc utroque loco is conferendus est *ἐπεμίγνυντο δὲ ὅμως ἐν αὐταῖς καὶ παρ' ἀλλήλους ἐφοίτων* I, 146, 1. *Καὶ ξυνελέγοντο διορύσσοντες τοὺς κοινοὺς τοίχους παρ' ἀλλήλους* II, 3, 2. *Καταστάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους* (ultro citroque. Gottl. Duk.) I, 8, 2.

Nonnumquam *παρά* cum accusativo eadem sententia usurpatum est ex substantivis suspensum idem atque ea

verba significantibus, quæ supra enumeravimus. Ex. *Καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλους ἐφόδους* I, 6, 1. Cfr. V, 35, 6. *Καὶ παρὰ φίλων τινὰς ἢ οἰκείων καταφυγή* II, 17, 1. *Ἐπιμιξίας οὔσης παρ' ἀλλήλους* V, 78, 1. (Cfr. exempla supra enumerata I, 13, 3. II, 1, 1.)

b) ex verbis movendi suspensum usurpatur *παρά* ad designandum, alteram rem *juxta*, *secundum* alteram moveri, vel cujus vicinitate quid dirigatur. Ad quem usum ab eo de quo supra disputavimus transitus fit verbo *τίθεσθαι*. Ex. *Καὶ ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ, εἴ τις βούλεται κατὰ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν, τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα* (quod significare potest arma et *ad* et *juxta* ipsorum arma ponere i. e. arma conjungere) II, 2, 4. Hæc sunt verba, quibuscum illa significatione *παρά* cum accusativo conjungitur: *ἀνατιθέναι, ἰέναι, ἐξιέναι, καθιστάναι, κατατείνειν, κομίζεσθαι, παρέρχεσθαι, πηγνύναι, πλεῖν, παραπλεῖν, τάσσειν, τάσσεσθαι.*

Ex. *Καὶ ἥνπερ ἔλαβον ναῦν ἀνέθεσαν ἐπὶ τὸ Ῥίον τὸ Ἀχαϊκὸν παρὰ τὸ τροπαῖον* (navem juxta tropæum consecrarunt) II, 92, 3. *Ὅπως, ἐπειδὴ γένοιτο ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ Κακυπάρει, παρὰ τὸν ποταμὸν ἴοιεν ἄνω διὰ μεσογείας* VII, 80, 3. *Ἔξεισι δὲ παρ' αὐτὴν (Ἐφύρην) Ἀχερουσία λίμνη ἐς θάλασσαν* I, 46, 3. (Deteriores libri mss. *ἐξίησι* [pro *ἔξεισι*], quod facile placeat. Cfr. IV. 103. II, 102. Quo minus tamen reciperemus, meliorum librorum verecundia prohibiti sumus. Pp.) Cfr. II, 102. 2. *Ἔπειτ' ἤδη Λακεδαιμόνιοι αὐτοὶ ἑξῆς καθίστασαν τοὺς λόχους καὶ παρ' αὐτοὺς (καθίστασαν) Ἀρκάδων Ἡραιῆς* V, 67, 2. *Καὶ ὡς ἔγνωσαν ναυμαχήσοντες, παρέτειναν τὸ κέρας οἱ μὲν Ἀθηναῖοι παρὰ τὴν Χερσόνησον* VIII, 104, 1. *Ἐπειδὴ μέντοι ἀντιπαραπλέοντάς τε ἑώρων αὐτοὺς παρὰ γῆν σφῶν κομιζομένων* (pendant qu'eux mêmes naviguaient près de la terre. Did. dum ipsi maritimam oram legerent. Gottl.) II, 83, 3. Cfr. III, 81, 1. *Καὶ παρῆλθε παρὰ τὴν χηλὴν διὰ τῆς θαλάσσης βαλλόμενός τε καὶ χαλεπῶς* I, 63, 1. *Καὶ τὰ ἐγγὺς δένδρα κόψαντες καὶ κατενεγκόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν παρά τε τὰς ναῦς σταύρωμα ἔπηξαν*

VI, 66, 2. *Ὡς ἑώρα ἀναγομένους αὐτούς, ἄκων καὶ κατὰ σπουδὴν ἐμβιβάσας ἔπλει παρὰ τὴν γῆν* (h. l. habent alii *ἐπὶ τὴν γῆν*) II, 90, 3. Cfr. VI, 13, 2. *Οἱ Ἀθηναῖοι παρέπλεον ἐπὶ κέρως ταξάμενοι παρ' αὐτὴν τὴν γῆν ἐπὶ τῆς Σηστοῦ* VIII, 104, 1. *Ὁπλίτας διεβέβασαν ἐς αὐτὴν (τὴν νῆσον) καὶ παρὰ τὴν ἤπειρον ἄλλους ἔταξαν* IV, 8, 5. *Οἱ Ἀθηναῖοι ἐθάρσησάν τε μᾶλλον καὶ ἐπικαταβάντες ἐτάξαντο παρ' αὐτὴν τὴν θάλασσαν* IV, 11, 1. Cfr. IV, 35, 2.

Eadem locali significatione *παρά* cum accusativo conjunctum utrum absolute positum sit, an ex verbis additis vel omissis pendeat, nonnumquam ambigi potest. Hæc exempla Thucydidea affero: *Χηλὴ γάρ ἐστι τοῦ Πειραιῶς ἡ Ἠετιωνεία καὶ παρ' αὐτὴν εὐθὺς ὁ ἔσπλους ἐστίν* VIII, 90, 4. *Τέσσαρες δὲ τῶν νεῶν αἱ ὕσταται πλέουσαι καταλαμβάνονται παρὰ τὸν Ἐλαιοῦντα* (aud. fortasse *πλέουσαι*) VIII, 102, 2. *Ἐτείχιζον δὲ καὶ οἱ Συρακούσιοι ..... τεῖχος παρὰ πᾶν τὸ πρὸς τὰς Ἐπιπολὰς ὁρῶν* (tota illa parte quæ) VI, 75, 1. *Κρατῆράς τε κεράσαντας παρ' ἅπαν τὸ στράτευμα* (sur la flotte entière. Did.) VI, 32, 1.

In eodem fere genere hoc exemplum, *Ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς* (in quinas naves = *ἐς πέντε ναῦς*) *πλέον ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοὶ ὡμολογήθησαν* VIII, 29, 2., ponerem, nisi Kruegero, qui verba *παρὰ πέντε ναῦς* uncis circumscripsit, assentirer, ea verba glossema quoddam esse. Non enim mihi placet sententia Benedict illius, quum dicit: "Emendatione verborum non indigere puto hunc locum, si particulam *παρά* non *præter* vertimus, sed *propter*." De eodem loco, qui plerisque corruptus esse videtur, alii interpretes alias opiniones habent, quas ad totum hunc locum de stipendii partitione explicandum pertinentes longum est percensere. Præterea de ea re vid. Gerv. [1])

Ambigi nonnumquam potest, utrum ad designandum, quo motus fiat, an cujus vicinitate aliquid dirigatur, præpositio *παρά*

1) "Thucydidis de bello peloponnesiaco libri octo. Pars II. Curantibus G. Gervino et F. C. Hertlein. Volumen II. Francofurti a. M. MDCCCXXXV." Pag. 459 sqq.

usurpetur. Ex. *Καὶ παρὰ τὸν Ἰσθμὸν ἀναγαγόντες ἐπίδειξίν τε ἐποιοῦντο καὶ ἀποβάσεις τῆς Πελοποννήσου ᾗ δοκοῖ αὐτοῖς* III, 16, 1. Medium tamen locum inter hunc utrumque usum non obtinet *παρά*, sed qua est contractione et brevitate sententiarum lingua Græca, utramque vim continet. Itaque ex verbo *ἀναγαγόντες* suspensum *παρά* *ad — versus* significare non videtur posse, sed cum verbis *ἐπίδειξιν παρ᾽ αὐτὸν ἐποιοῦντο* est jungendum, et omnia breviter dicta sunt pro his *καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν ἀναγαγόντες (τάς ναῦς) ἐπίδειξιν παρ᾽ αὐτὸν ἐποιοῦντο (τῶν νεῶν).* Hanc fere sententiam habet Poppo. T. F. Benedict, vir longe doctissimus, in Notis suis Criticis ad Thucydidem: "Novem codices aptissime legunt: *καὶ παρὰ τὸν ἰσθμόν* —, quibuscum etiam Vallæ liber consentit. Nam vertit: *prætervecti Isthmum* —. Quare de hac lectione recipienda non amplius dubitare licet." Dukerus autem, Didotus, alii servata vetere scriptura *περὶ τὸν Ἰσθμόν* non male habent. Ita enim disputat Didotus: "Nous avons conservé la leçon vulgaire *περί*, parce qu'elle exprime l'étalage, pour ainsi dire, que faisaient les Athéniens de leurs forces, en déployant leur flotte *περὶ τὸν Ἰσθμόν.*"

c) verbo movendi addito significat, alteram rem *præter* (trans) alteram moveri. Hanc prætereundi notionem hi loci continere nobis videntur: *Ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους . . . ἄνωθεν μὲν παρὰ Στράτον πόλιν, ἐς θάλασσαν δὲ ἐξιεὶς παρ᾽* (vid. supra sub littera b.) *Οἰνιάδας* II, 102, 2. *Ὥστε πάροδον μὴ εἶναι παρὰ πύργον, ἀλλὰ δι᾽ αὐτῶν μέσων διῄεσαν* III, 21, 2. ("*πάροδος* = transitus, qui prætereundo fit, transeundi copia. Steph." Pp.)

Eodem refero exemplum: *Καὶ διελθόντες τὴν Στρατίων γῆν ἐχώρουν διὰ τῆς Φυτίας, καὶ αὖθις Μεδεῶνος παρ᾽ ἔσχατα, ἔπειτα διὰ Λιμναίας* III, 106, 2. Quamquam enim Poppo vertit: *prope extremos fines*, hic locus prætereundi notionem aperte habet, præsertim quum verba *ἔπειτα διὰ Λιμναίας* postea addantur.

d) verbo quiescendi addito, rem alteram juxta alteram porrectam esse, declarat. Talia verba et locutiones sunt: *ἀριστοποιεῖσθαι, κτᾶσθαι, εἶναι, παρεῖναι, τάξιν εἶναι.*

Ex. *Ὅπως αὐτοῦ ἐκβιβάσαντες τοὺς ναύτας εὐθὺς παρὰ τὰς ναῦς ἀριστοποιήσονται* VII, 39, 2. *Τῆς δὲ Παιονίας παρὰ τὸν Ἄξιον ποταμὸν στενήν τινα καθήκουσαν ἄνωθεν μέχρι Πέλλης καὶ θαλάσσης ἐκτήσαντο* II, 99, 3. *Παρὰ δ' αὐτοὺς οἱ ξύμμαχοι Ἀρκάδων ἦσαν* V, 67, 3. *Τὰς δὲ τῶν Μυτιληναίων δέκα τριήρεις, αἳ ἔτυχον βοηθοὶ παρὰ σφᾶς κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν παροῦσαι, κατέσχον οἱ Ἀθηναῖοι* III, 3, 3. (Hæc verba *παρὰ σφᾶς* Kruegerus uncis circumscribit glossema quoddam esse existimans, quia *παρά* cum accusativo videtur locum præpositionis *παρά* cum dativo habere. Ei tamen assentiri non possumus, quum *παρεῖναι* præpositionibus *ἐπί, εἰς* cum accusativo sæpissime conjungatur; at qua est, ut jam supra diximus, contractione et brevitate verborum lingua Græca, "attractio quædam", ut ait Rau pg. 64, "potius est statuenda: *τριήρεις παρὰ σφᾶς παραγεγενημέναι καὶ παρὰ σφίσι παροῦσαι.*") *Ἐπὶ πᾶν δὲ κατέστησαν ἐπὶ ὀκτώ. Παρὰ δὲ ἅπαν πλὴν Σκιριτῶν τετρακόσιοι καὶ δυοῖν δέοντες πεντήκοντα ἄνδρες ἡ πρώτη τάξις ἦν* (*παρ' ἅπαν* = per totam frontem; Germanice: die ganze Front hin. Krueg.) V, 68, 3.

Non dubito, quin hic quoque locus ejusmodi sit: *Καὶ ἅμα ἀξιῶ ὑμᾶς .... καὶ αὐτοὺς νῦν μεῖναί τε καὶ ἀμυνομένους παρ' αὐτὴν τὴν ῥαχίαν σώζειν ὑμᾶς τε αὐτοὺς καὶ τὸ χωρίον* IV, 10, 5.

Significatione consimili *παρά* cum accusativo ex verbis quiescendi omissis pendet, quamquam ex articulo vel substantivis suspensum esse videtur: *Οἱ παρὰ θάλασσαν ἄνθρωποι* (homines, qui prope (juxta) mare habitabant) I, 8, 2. *Ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν* (propter, juxta pinnas) *ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων* (qui ad tutelam [moenium] collocati erant) II, 13 5. *Οἱ ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐν τῇ Μένδῃ πολιορκούμενοι ἐπίκουροι βιασάμενοι παρὰ θάλασ-*

σαν τὴν φυλακὴν νυκτὸς ἀφικνοῦνται (superactis custodibus qui ad, prope mare erant) IV, 131, 2. Scholiasta verba *παρὰ θάλασσαν* cum *ἀφικνοῦνται* male conjungit = *βιασάμενοι τὴν φυλακὴν, νυκτὸς ἀφικνοῦνται πρὸς θάλασσαν*, nam nostro quidem judicio non ad mare sed in collem advenerunt. *Καὶ οἱ μὲν ἐξελθόντες πανδημεὶ ἐς τὸν λειμῶνα παρὰ τὸν Ἄναπον ποταμόν* VI, 96, 3. *Πόλεις δὲ ἔχει Σάνην μὲν Ἀνδρίων ἀποικίαν παρ' αὐτὴν τὴν διώρυχα* IV, 109, 2.

Locali ejusmodi significatione verbo quiescendi omisso *παρά* cum accusativo conjungitur, neque articulo nec substantivis additis: *Περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ παρὰ τὸ Λεωκόριον καλούμενον* VI. 57, 3. *Τῇ μὲν γὰρ τειχία τε καὶ οἰκίαι εἶργον καὶ δένδρα καὶ λίμνη, παρὰ δὲ τὸ κρημνοί* (nam ab una quidem parte — ab altera. Gottl. Duk.; Germanice: neben einer andern Strecke. Krueg.) VI, 66, 1.

B) Translatæ significationes.

a) A locali illa, quam commemoravimus, significatione præpositionis *παρά*, quæ alteram rem juxta alteram poni significat, *notio comparandi* ducta esse videtur, quum res inter se vel ad aliud quoddam exemplar comparantur, quam notionem habet *παρά* ex verbis comparativis suspensum: *Ἡλίου τε ἐκλείψεις, αἳ πυκνότεραι παρὰ τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα ξυνέβησαν* I, 23, 3. *Χειμών τε ἐπιγενόμενος μείζων παρὰ τὴν καθεστηκυῖαν ὥραν ἐπίεσε τὸ στράτευμα* IV, 6, 2. Uterque tamen hic locus quasi in confinio est hujus notionis et prætereundi significationis.

Ab ea comparativa notione proxime abest locutio illa *παρὰ πολύ* cum verbis conjuncta vel comparativis vel superlativis vel comparativa vi præditis, quæ Latinorum *multo* respondet. Ex. *Ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι παρὰ πολύ* I, 29, 3. *Ἡ δὲ εὔνοια παρὰ πολὺ ἐποίει τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους* II, 8, 3. *Παρὰ πολὺ ἡσσηθέντες* II, 89, 3. *Παρὰ πολὺ πιθανώτατος* III, 36, 5. *Οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι τὰ τῶν Χίων καὶ Τισσαφέρνους παρὰ πολὺ προσεδέξαντο μᾶλλον* VIII, 6, 3. *Ὅτι οὐκ ἂν*

ἡγοῦνται μὴ μέλλοντάς τι ἄξιον τοῦ παρὰ πολὺ (aud. *προνενικηκέναι*) *πράξειν ἀνθίστασθαι ὑμᾶς* II, 89, 3. (Quia semper apud Thucydidem ad verbum comparativum *παρὰ πολύ* appositum est, Kruegero, Boehme, aliis assentior verbum *προνενικηκέναι* antecedens audiendum esse, neque *πράσσειν* iterandum, neque hæc *τὸ παρὰ πολύ* ut substantivum quoddam nomen esse ponendum, ut vult Poppo, qui vertit: "aliquid dignum singulari vel eximia agendi ratione.")

Ex verbo negativa significatione prædito suspensum *παρά* cum accusativo conjunctum semel apud Thucydidem usurpatur ad designandum, nullam comparationem ullius rei fieri posse, quæ vis præpositionis *παρά* ex comparativo usu derivanda esse et exclusionem quandam significare videtur: *τῶν πάντων ἀπερίοπτοί εἰσι παρὰ τὸ νικᾶν* I, 41, 3.

Ab ea comparativa significatione locutio *παρ' ὀλίγον* prope abest, quamquam a propria illa quam primam commemoravimus significatione locali, ubi *παρά* cum accusativo conjunctum indicat, aliquid ad aliquam rem moveri, profecta esse videtur illa significatio *usque ad paullum*, qua significatur paullum abfuisse, quin quod verbo indicaretur factum esset: *'Ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον ἢ ἀπώλλυντο* VII, 71, 3.

Eadem qua locutio *παρ' ὀλίγον* ratione hæ etiam locutiones *παρὰ τοσοῦτον, παρ' ἐλάχιστον* sunt explicandæ, quippe quibus significetur, quam paullum abfuerit, quin id, quod verbo indicaretur, factum esset. Cum verbis *ἐλθεῖν, γίγνεσθαι* eæ conjunguntur, e qua conjunctione aut genitivus substantivi cujusdam pendet aut infinitivus suspensus est.

Ex. *Παρὰ τοσοῦτον μὲν ἡ Μυτιλήνη ἦλθε κινδύνου* III, 49, 3. *Παρὰ τοσοῦτον μὲν Συράκουσαι ἦλθον κινδύνου* VII, 2, 5. *Καὶ παρὰ τοσοῦτον ἐγένετ' αὐτῷ, μὴ περιπεσεῖν τοῖς Ἀθηναίοις* VIII, 33, 2. *Ἀλλ' ἡ (Σάμος) παρ' ἐλάχιστον δὴ ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης, ὅτε ἐπολέμησεν, ἀφελέσθαι* VIII, 76, 3.

Haud dubium est, quin huc sit adnumerandus locus: *Καὶ τὴν μὲν Ἀμφίπολιν Βρασίδας ἄρτι εἶχεν, τὴν δὲ Ἠιόνα*

παρὰ νύκτα ἐγένετο λαβεῖν IV, 106, 3. (quin occuparet, per unam dumtaxat noctem stetit. Pp. Alii temporali significatione male vertunt: noctu.)

His locutionibus, quas significare *aliquid ab aliqua re pendere* negari non potest, transitus fit ad eam *caussalem* notionem, quam habet locutio *παρὰ τοσοῦτον*, verbis *ἐλθεῖν* aut *γίγνεσθαι* non additis, hoc loco Thucydideo: *Ὥστε παρὰ τοσοῦτον γιγνώσκω* (ob tantam caussam judico) *μόλις ἄν μοι δοκοῦσιν .... οὐκ ἂν παντάπασι διαφθαρῆναι* VI, 37, 3. (Caussas enim Thucydides supra enumeravit, cur judicaret, perniciem effugere vix posse Athenienses.)

Altero quoque loco *παρά* cum accusativo caussali vi apud Thucydidem usurpatum est: *Καὶ ἕκαστος οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀμέλειαν οἴεται βλάψειν* (propter — incuriam. Pp. Gerv.) I, 141, 6.

b) Jam restat, ut de ea notione præpositionis *παρά* disseramus, quæ a tertia quam commemoravimus locali significatione profecta esse videtur, quaque aliquid præter fines alicujus rei fieri indicatur. Quum hæ prætereundi notiones ad animum translatæ sint et indicent alteram rem cum altera non convenire, præpositio *παρά* notionem *præter, contra* adipiscitur.

α) *Παρά* hac sententia usurpatum sæpissime cum accusativo substantivorum est conjunctum.

Ex. *Ἐπιθέμενοι δὲ παρὰ τὴν ξύμβασιν* III, 66, 2. *Διόπερ καὶ τὴν τύχην ὅσα ἂν παρὰ λόγον ξυμβῇ εἰώθαμεν αἰτιᾶσθαι* I, 140, 2. Cfr. II, 64, 2. 91, 3. IV, 26, 3. 55, 4. 65, 4. VI, 33, 6. VII, 71, 6. (Substantivum contra est apud Thucydidem verbum *παράλογος* his locis: II, 61, 3. 85, 1. III, 16, 2. VII, 28, 3. 55, 1. 61, 2. VIII, 24, 5.) *Λιμένων τε εἴργεσθαι τῶν ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀγορᾶς παρὰ τὰς σπονδάς* I, 67, 3. *Παρὰ δύναμιν* (supra vires) *τολμηταί* I, 70, 2. Cfr. III, 54, 3. 57, 4. VIII, 2, 2. *Παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί* I, 70, 2. ("Minus est certa sententia horum verborum *παρὰ γνώμην*. Præter consilium i. e. ultra id

quod initum consilium suadet, interpretatur Steph., præter rationem Haas., ihrer Einsicht zuwider Heilm." Pp. Hæc explicatio nostro quidem judicio vel maxime sensui convenit.) Notiones horum verborum *παρὰ γνώμην* aliæ aliis locis: præter opinionem III, 60, 1. IV, 19, 3. 40, 1. 123, 2. V, 14, 2. VI, 9, 2. 11, 4. 34, 8. VII, 13, 3., alienis animis III, 12, 1., aliter ac sentit, contra animi sententiam III, 42, 5. *Ἄλλως τε κἂν παρὰ δόξαν, ὅπερ εἰκός, ὁ πόλεμος αὐτοῖς μηκύνηται* (præsertim si bellum præter ipsorum opinionem producatur. Gottl. Duk.) I, 141, 4. Cfr. II, 49, 4. IV, 106, 2. VIII, 42, 3. *Παρὰ δόξαν τῷ ὑμετέρῳ πλήθει παραινεῖν* (aliter ac sentimus, contra animi sententiam [= *παρὰ γνώμην* III, 42, 5]) III, 37, 5. *Τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν* (aud. *εὐτυχοῦντα* = quam quæ præter exspectationem accidit) III, 39, 4. *Ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τι αὐτοὺς παρὰ καιρὸν* (intempestive) *ὕβρει θαρσοῦντας* II, 65, 6. *Τούς τε ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην* (indicta caussa) *δὲ οὐδένα* (*κολάζειν*) III, 52, 2. Cfr. (= præter jus) III, 84, 1. *Καὶ παρὰ φύσιν* (supra sexum) *ὑπομένουσαι τὸν θόρυβον* III, 74, 1. Cfr. (= præter naturam; Gallice: extraordinaire. Did.; Germanice: Widernatürliche, alles Mass überschreitende. Krueg.) VI, 17, 1. *Καὶ τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία φύσις, εἰωθυῖα καὶ παρὰ τοὺς νόμους ἀδικεῖν, ἀσμένη ἐδήλωσεν ἀκρατὴς μὲν ὀργῆς οὖσα* III, 84, 2. ("Quum hæc *παρὰ τοὺς νόμους* contraria sint illis *τῶν νόμων κρατήσασα*, auctorem iis significari *vigentibus legibus* voluisse jure suspiceris." Pp. Concedit tamen Poppo hæc verba *παρὰ τοὺς νόμους* ex sermonis legibus significare: *præter leges, neglectis legibus.* Totum autem illud caput suspectum est et in compluribus editionibus uncis circumscriptum. Ac Goellerus quidem gravibus argumentis impugnavit, ex quibus unum est hoc: "Illud *εἰωθυῖα καὶ παρὰ τοὺς νόμους ἀδικεῖν*, et illa *ἀσμένως ἐδήλωσεν ἀκρατὴς ὀργῆς οὖσα*, i. e. *vel adversus leges peccare solita* et *libenter se impotentem iræ esse manifestavit*, quî

a sano homine proferri potuisse judices?" Præterea memorabile est hoc in margine adscriptum scholion: *Τὰ ὠβελισμένα οὐδενὶ τῶν ἐξηγητῶν ἔδοξε Θουκυδίδου εἶναι· ἀσαφῆ γὰρ καὶ τῷ τύπῳ τῆς ἑρμηνείας καὶ τοῖς διανοήμασι πολὺν ἐμφαίνοντα τὸν νεωτερισμόν.*) *Τῷ παρ' ἐλπίδα* (exitu spei suæ inexspectato. Pp.) *μὴ χαλεπῶς σφαλλέσθω* IV, 62, 2. Cfr VII, 66, 3. *Παρὰ τὸν τρόπον τῶν ἑαυτῶν* (præter suum morem) V, 63, 2. Accidit etiam: *Καὶ παρὰ ἰσχὺν τῆς δυνάμεως ἐνδιδόασιν* VII, 66, 3. (etiam infra robur potentiæ suæ concedere solent. Bothe; Ils cèdent au-delà même de ce que pourraient leurs forces. Did. Sie zeigen sich sogar wider der Gehalt ihrer Macht schwach. Krueg.)

β) Cum accusativo adjectivorum neutrius generis conjunctum bis legitur: *Παρὰ τὸ δίκαιον τὸ ξυμφέρον λέγειν* V, 90, 1. *Εἰ τοῦτο δοκοῦσι παρὰ τὸ ἀσφαλέστερον* (= *ἧσσον ἀσφαλές*. Krueg.) *πρᾶξαι* VIII, 24, 4.

γ) Præpositionis *παρά* cum accusativis participiorum conjunctæ hæc exempla repperi: *Εἰ μὴ καταπεπληγμένους ὑμᾶς παρὰ τὸ εἰκὸς ἑώρων* (præter rationem, contra jus fasque) II, 62, 2. Cfr. III, 40, 4. (ubi *παρὰ τὸ εἰκός* eadem prope est significatione qua verba antecedentia *οὐ προσῆκον*). *Τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν* IV, 17, 2. Cfr. IV, 55, 3. VII, 60, 4. 75, 5. *Πρώτη τε αὕτη πόλις ξυμμαχὶς παρὰ τὸ καθεστηκὸς* (Schol. aud. h. l. *τὸ νόμιμον*) *ἐδουλώθη* I, 98, 2. Cfr. VII, 67, 2. *Ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ* (aud. *αἱ τοιαῦται ξύνοδοι ἐγένοντο*) III, 82, 5. (sed ambitione contra leges præsentes hujusmodi coetus fiebant.)

δ) Cum infinitivo, articulo adjecto, conjunctum *παρά* duobus locis repperi: *Παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι* I, 77, 2. *Παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν* I, 84, 2.

ε) Cum pronomine relativo conjuncta præpositio *παρά* hac sententia semel usurpatur: *Νικήσας παρὰ ἃ* (pro verbis *παρὰ ταῦτα ἃ*) *προσεδέχετο* IV, 19, 2.

Videmus igitur, primum præpositionem *παρά* cum accusativo junctam propria sæpius quam translata vi usurpari, deinde propria et locali vi eas significationes usitatissimas esse, quæ, quo motus fiat, designent, postremo translata vi frequentissimas usurpari præterundi notiones.

II.

Παρά cum dativo conjunctum

A) locali significatione

indicat, in cujus vicinitate sine ulla porrectione quid versetur, aliquid *juxta*, *apud* personas quasdam vel animalia fieri. Præpositio enim *παρά* cum dativo substantivorum et prononominum personas vel animalia significantium conjungi solet. Exempla in quibus *παρά* de rebus inanimis usurpatur, perpaucis exceptis, incerta sunt et infra annotabuntur. Hæc sunt verba locutionesque, ex quibus *παρά* ea locali significatione pendet: *εἶναι, ἱστάναι, καθίστασθαι, καταλείπειν, κατοικεῖν, μένειν, παρατυγχάνειν, χρηστὸν βουλεύειν.*

Ex. *Καὶ τοὺς ἄρχοντας, οἳ ἦσαν παρὰ σφίσιν, ἐξέδοσαν Πισσούθνῃ* I. 115, 5. Cfr. I, 23, 3. IV, 1, 2. V, 35, 4. VIII, 47, 1. 64, 2. et VIII, 95, 2., ubi *παρά* cum dativo rei conjungitur, legitur enim *ἐπλήρουν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τὰς ναῦς, οἰόμενοι σφίσι παρὰ ταῖς ναυσὶ τοὺς στρατιώτας εἶναι.* Confer hunc quoque locum: *Ἠλεῖοι δὲ τὴν παρ' αὐτοῖς ἐκεχειρίαν ἤδη ἔφασαν εἶναι* V, 49, 3., ubi verba transposite intelligi possunt et *παρ' αὐτοῖς* ex verbo *εἶναι* pendere, *τὴν ἐκεχειρίαν παρ' αὐτοῖς — εἶναι.* (apud se jam fuisse inducias. Bothe; erklärten dass der Stillstand, der bei ihnen schon statt gefunden. Krueg. Si hæc transpositio verborum non fit, præpositio *παρά* cum dativo ex substantivo, articulo addito, pendens vice præpositionis *σύν* vel *κατά* fungi videtur.) *Στήλην δὲ ἑκατέρους στῆσαι, τὴν μέν, ἐν Λακεδαίμονι, παρ' Ἀπόλλωνι ἐν Ἀμυκλαίῳ· τὴν δέ, ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει, παρ' Ἀθηνᾷ* V, 23, 5. (*παρ' Ἀπόλλωνι* [*Ἀθηνᾷ*] id est *παρὰ τῷ τοῦ Ἀπόλλωνος*

[*τῆς Ἀθηνᾶς*] *εἰδόλῳ*) *Τότε δὲ κέρας μὲν εὐώνυμον Σκιρῖται αὐτοῖς καθίσταντο ἀεὶ ταύτην τὴν τάξιν μόνοι Λακεδαιμονίων ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἔχοντες· παρὰ δ' αὐτοῖς οἱ ἐπὶ Θρᾴκης Βρασίδειοι στρατιῶται καὶ νεοδαμώδεις μετ' αὐτῶν· ἔπειτ' ἤδη Λακεδαιμόνιοι αὐτοὶ ἑξῆς καθίστασαν τοὺς λόχους καὶ παρ' αὐτοὺς Ἀρκάδων Ἡραιῆς* V, 67, §§ 1, 2. (Meo quidem judicio verba *παρὰ δ' αὐτοῖς* ex præcedente verbo *καθίσταντο* pendent; idem enim verbum in sequenti paragrapho usurpatur neque ulla caussa est, cur verbum *ἦσαν* cogitatione addendum sit, præsertim quum satis constet, breviloquentia quadam "Græcos et Latinos ad verba movendi nonnumquam præpositionem cum casu quietis adjungere solere, ut motus atque consecutio motus una eademque enuntiatione comprehendatur" [Rau pg. 48]) *Καὶ ἀναχωροῦσι πρὸς τὰς δύο τάξεις, ἃς κατέλιπον παρὰ τοῖς σκευοφόροις* II, 79, 5. Cfr. III, 58, 4. *Φυγάδες τῆς ἑαυτῶν ἀμφότεροι παρὰ Φαρναβάζῳ τῷ Φαρνάκου κατοικοῦντες* VIII, 6, 1. *Ὑμεῖς δὲ εὔτακτοι παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες* II, 89. 7. (Hic locus, ubi *παρά* cum dativo de rebus inanimis usurpatur, incertus est. Classenius censet verba *παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες* conjecturam speciosam lectoris cujusdam Homeri studiosi illatam esse. Kruegerus verbum *παρά* uncis circumscribit, quippe cui *παρά* "sinn- und sprach-widrig", ut verbis ipsius utamur, esse videatur.) *Παρατυχόντες δὲ Ἀθηναίων πρέσβεις ..... παρὰ τῷ Σιτάλκῃ* II, 67, 2. *Ὥστε οὐδὲ τούτους οἵπερ ἂν βουλεύοιέν τι χρηστὸν παρὰ σφίσι χείρους εἶναι* VIII, 76, 6. (qui apud se aliquod salubre consilium darent. Locus corruptus esse videtur.)

Huc referendum est *παρά* ex verbo *γίγνεσθαι* suspensum, quod cum dativo rei bis apud Thucydidem conjungitur; alter locus est: *Καὶ γενομένῳ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πράγμασι* (i.e. *τοῖς ἀμφοτέροις τοῖς πράγματα* [*πολιτείαν καὶ ἀρχήν*] *ἔχουσι*) V, 26, 5., quo in exemplo notio personarum perspicua est, quamquam cum dativo rei *παρά* conjungi videtur; alter est: *ὅπως ἐπειδὴ γένοιντο παρὰ*

τῷ ποταμῷ τῷ Κακυπάρει, παρὰ τὸν ποταμὸν ἴοιεν ἄνω διὰ μεσογείας VII, 80, 3. H. l. omnes prope editores, quum bonus quoque codex *ἐπί* præbeat, sententiæ magis convenienter *ἐπί* pro *παρά* recte, ut mihi videntur, scripserunt. Cfr. *ἐπί* ex verbo *γίγνεσθαι* suspensum eadem sententia usurpatum IV, 83, 1. VII, 35, 2. 78, 2. 84, 2.

Huc etiam accedunt locutiones quædam forenses *δίκην δοῦναι, ποιεῖν τὰς κρίσεις, λόγον γίγνεσθαι*, quibus ex locutionibus suspensum *παρά* cum dativo conjungitur. Ex. *Εἰ δέ τι ἀντιποιοῦνται, δίκας ἤθελον δοῦναι ἐν Πελοποννήσῳ παρὰ πόλεσιν αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν* I, 28, 2. (In verbo *αἷς* repetendum cum Heilmanno *παρά* i. e. *παρ' αἷς δίκας διδόναι ξυμβῶσιν*. In hoc quoque exemplo notio personarum perspicua est.) *Παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποιήσαντες τὰς κρίσεις* I. 77, 1. *Οὐ γὰρ παρὰ δικασταῖς ὑμῖν* (apud vos ut judices) *οὔτε ἡμῶν, οὔτε τούτων, οἱ λόγοι ἂν γίγνοιντο* I, 73, 1.

Significatione ejusdem generis *παρά* cum dativo ex verbis omissis vel latentibus *εἶναι, διατρίβειν*, similibus pendet, quæ cogitatione facillime addi possunt, quamquam ex articulo vel substantivis suspensum esse videtur: *Λακεδαιμόνιοι δὲ ..... τούς τε ἄνδρας εὐθὺς τοὺς παρὰ σφίσιν αἰχμαλώτους ἀφίεσαν* V, 21, 1. *Οἱ δὲ ἐς τὸν ὕστερον ξύλλογον αὐτοῖς τὸν παρὰ σφίσιν προεῖπον ἥκειν* V, 30, 6. *Ἱππέας κατὰ θάλασσαν κομίσαντες Ἀθηναῖοι σφῶν τε αὐτῶν καὶ Μακεδόνων τοὺς παρὰ σφίσιν φυγάδας* VI, 7, 3. *Ἀποκτείνουσι μετὰ Χαρμίνου τε* (Charmino adjuvante) *ἑνὸς τῶν στρατηγῶν καί τινων παρὰ σφίσιν Ἀθηναίων* VIII, 73, 2. *Αὐτοὶ μὲν* (*Καταναῖοι*) *ἀποκλήσειν αὐτοὺς παρὰ σφίσιν* (in der Stadt. Krueg.) VI, 64, 5.

B) Translatæ significationes.

a) In temporalem significationem sensim transit ea notio localis, quam *παρά* cum dativo conjunctum habet et quam supra commemoravimus, uno in exemplo, ubi *παρά* ex verbo *καταλείπειν* pendet: *Ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται* II, 43, 2. (H. l. Kruegerus verba *παρὰ τῷ*

ἐντυχόντι cum καιρῷ conjungi non vult, quod καιρός inanimum quoddam significat; iis tamen magis assentior, quibus conjunctio horum verborum placet et καιρός ut persona cogitatur, "prout", ut ait Bothe, "quodque tempus affert opportunitatem [et dicendi et agendi i. e.] vel verbis vel factis celebrandi eorum gloriam.")

b) Localem significationem quodammodo retinens, sed ita ut in sensum translatum abeat, παρά cum dativo conjunctum ex verbo εἶναι suspensum usurpatur significans, aliquid *penes* aliquem vel in alicujus potestate esse cogitari. Ex. *Οἱ δὲ Ἀχαρνῆς οἰόμενοι παρὰ σφίσιν αὐτοῖς οὐκ ἐλαχίστην μοῖραν εἶναι Ἀθηναίων* II, 21, 3. Cfr. II, 72, 3. IV, 57, 3.

Nonnumquam verbum omissum est: *Ναυτικόν τε κεκτήμεθα, πλὴν τοῦ παρ' ὑμῖν, πλεῖστον* I, 33, 1. Cfr. I, 36, 4. VIII, 73, 2.

c) Præpositio παρά cum dativo conjuncta, notione ad animum translata significans, apud quem quis auctoritatem habeat, ex talibus verbis et locutionibus pendet, qualia sunt δύνασθαι, vel per se positum vel adverbio μέγα apposito, ἰσχύειν, μέγαν γίγνεσθαι. Ex. *Καὶ τοὺς Κορινθίους δυναμένους παρ' αὐτοῖς ὄντας* I, 33, 3. *Δυνάμενον παρ' αὐτῷ μέγα* II, 29, 1. Cfr. VI, 59 3. *Ἐπειδὴ γὰρ ᾔσθοντο αὐτὸν ἰσχύοντα παρ' αὐτῷ οἱ ἐν τῇ Σάμῳ (Ἀθηναίων στρατιῶται)* VIII, 47, 2. *Ἀφικόμενος δὲ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν γίγνεται παρ' αὐτῷ μέγας* (μέγας pro μέγα δυνάμενος) *καὶ ὅσος οὐδείς πω Ἑλλήνων* I, 138, 2.

Ejusmodi significatione h. l. παρά usurpatur: *Καὶ ὑπερβάλλων ἐμεγάλυνε τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν παρὰ τῷ Τισσαφέρνει* VIII, 81, 2.

Præterea παρά cum dativo conjunctum ad aliquam rem, quæ ad animum spectat, significandam usurpatur hoc in exemplo: *Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μὴ προσηκούσῃ ἄγραφος μνήμη παρ' ἑκάστῳ τῆς γνώμης μᾶλλον ἢ τοῦ ἔργου ἐνδιαιτᾶται* II, 43, 2. (Memoria nullis mandata scriptis uniuscujusque potius animi [fortis illorum] quam facti [i. e. pugnæ, in qua perierunt] perpetuum manet Cfr. Krueg.)

Facile apparet præpositionis *παρά* cum dativo junctæ longe usitatissimam esse propriam localemque significationem, neque locos Thucydideos impedire, quominus quod veteres grammatici docuerunt, *παρά* cum genitivo substantivorum et pronominum personas vel animalia significantium conjungi, idem de *παρά* cum dativo conjuncto dici possit.

III.

Παρά cum genitivo conjunctum

A) locali significationi,

ex verbis motus suspensum, significat, aliquem vel aliquid ex vicinitate alicujus moveri, vel unde moveatur, talibus cum verbis conjunctum, qualia sunt *ἄγεσθαι, ἐπάγεσθαι, διαβαίνειν, (διαπλεῖν,) ἔρχεσθαι, μεθιστάναι, παρεῖναι, πορεύεσθαι, φέρειν.*

Ex. *Καὶ τοῖς γεωμόροις μεταδίδοσαν οὔτε ἄλλου οὐδενὸς οὔτε ἐκδοῦναι οὐδ' ἀγάγεσθαι παρ' ἐκείνων οὐδ' ἐς ἐκείνους οὐδενὶ ἔτι τοῦ δήμου ἐξῆν* VIII, 21, 2. *Οἱ μὲν παρὰ Πισσούθνου ἐπικούρους Ἀρκάδων τε καὶ τῶν βαρβάρων ἐπαγαγόμενοι ἐν διατειχίσματι εἶχον* III, 34, 2. *Ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης διεβεβήκει ἤδη παρὰ τοῦ Τισσαφέρνους ἐς τὴν Σάμον* VIII. 85, 4. De præpositione *παρά* ex verbo *διαπλεῖν* suspensa in exemplo *Διαπλεύσας δὲ καὶ ὁ Παιδάριτος παρ' αὐτῶν* VIII. 33. 3.. vid. quod *παρά* cum accusativo tractantes jam antea pag 5 disputavimus.) *Καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐκεῖνόν τε ἐθεράπευσε χρημάτων δόσει (ἦλθε γὰρ αὐτῷ ὕστερον ἔκ τε Ἀθηνῶν παρὰ τῶν φίλων καὶ ἐξ Ἄργους ἃ ὑπεξέκειτο)* I, 137, 3. Cfr. VI, 71, 2. VIII, 19, 1. 33, 2. 55, 2. 63, 2. *Ἀκαρνᾶνες δὲ καὶ Ἀμφίλοχοι ἀπελθόντων Ἀθηναίων καὶ Δημοσθένους τοῖς ὡς Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους καταφυγοῦσιν Ἀμπρακιώταις καὶ Πελοποννησίοις ἀναχώρησιν ἐσπείσαντο ἐξ Οἰνιαδῶν, οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλυνθίου* III, 114, 2. ("Vulgo hic legitur *οἵπερ καὶ μετανέστησαν παρὰ Σαλύνθιον καὶ Ἀγραίους* Sed plurimi codd omittunt verba

καὶ 'Αγραίους". Gerv. *Οἵπερ — παρὰ Σαλυνθίου* conjectura est Hermanni, quæ sensum plenissimum reddere videtur, si ut Goellerus convertimus: "Acarnanes vero et Amphilochi — Ambraciotis et Peloponnesiis qui ad Salynthium — confugerant, fide publica interposita, ex Oeniadis abeundi potestatem dederunt, quo a Salynthio discesserant." "Abeundi [in Peloponnesum et Acarnaniam] potestatem dederunt, qua venia iis opus erat, quum naves iis deessent, quibus mari in patrias redirent. Ita intellectis verbis non opus videtur conjectura *ἐπ' Οἰνιαδῶν"* [pro *ἐξ Οἰνιαδῶν*] Pp. "Oeniadæ socii erant Peloponnesiorum (v. c. 94 et II, 102), ut tuto ad eos remotiores, majoris securitatis caussa, transire potuerint Ambraciotæ et Peloponnesii conjuncti." Bothe.) *Καὶ παρὰ Τισσαφέρνους . . . . . πρεσβευτὴς ἅμα μετ' αὐτῶν παρῆν* VIII, 5, 4. *Παρὰ βασιλέως πορευόμενον ἐς Λακεδαίμονα* IV, 50, 1. *Καὶ ἀφικνεῖται, πρόξενος ὢν 'Αργείων, Λίχας ὁ 'Αρκεσιλάου παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων δύω λόγω φέρων ἐς τὸ Ἄργος* V, 76, 2.

Eadem locali significatione servata, præpositio *παρά* cum genitivo conjuncta, verbo quodam motus omisso,

α) ex substantivis pendere videtur. Ex. *Αἱ δὲ παρὰ τοῦ 'Αλκιβιάδου ἐπιστολαὶ* (litteræ ab A. missæ) *οὐ πολὺ ὕστερον ἧκον* VIII, 51, 2. *'Εν τούτῳ δ' ἀφικνεῖται αὐτοῖς ἀγγελία παρὰ τῶν ἐπιτηδείων ἐκ Τεγέας* V, 64, 1. *Διὰ τὸ εὔπορον τῆς ἐλπίδος τοῦ παρὰ βασιλέως μισθοῦ ἡσύχαζεν (ὁ ὄχλος)* VIII, 48, 2. *Τὰς παρὰ Τισσαφέρνους Φοινίσσας ναῦς* VIII, 78, 2.

β) ex articulo masculini generis. Ex. *Οἱ παρὰ τοῦ Περδίκκου* IV, 83, 2. Cfr. VII, 10, 1.

γ) ex pronomine indefinito *τὶς*. Ex. *'Εκήρυξαν δὲ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) εἴ τις βούλεται παρὰ σφῶν* (profectus ab ipsis, aus ihrer Mitte. Krueg.) *'Αθηναίους λῄζεσθαι* V, 115, 1. *Οἷς γ' ἐπίσταμαι οὔθ' ἵππους ἀκολουθήσοντας οὐδ' αὐτόθεν (ἐκ τῆς Σικελίας* Sch.) *πορισθησομένους εἰ μὴ ὀλίγους τινὰς παρ' 'Εγεσταίων* VI, 37, 2.

Locali significatione servata præpositio *παρά* cum genitivo conjuncta nonnumquam videtur vice hujus præpositionis cum dativo junctæ fungi, sed ea breviloquentia, qua Thucydidem sæpe uti jam supra commemoravimus, notio movendi *alicunde* semper latet. Hoc modo sunt intelligendi hi loci, ubi, verbo quodam motus omisso, *παρά* ex articulo vel substantivo pendere videtur: *Οὓς ἔδει τὸ Πάνακτον καὶ ἄνδρας τοὺς παρὰ Βοιωτῶν παραλαβόντας Ἀθηναίοις ἀποδοῦναι* (i. e. *τοὺς ἄνδρας τοὺς παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς παρ' αὐτῶν ἀποδοῦναι*) V, 42, 1. *Καὶ εὐθὺς τὰς παρὰ σφῶν πέντε ναῦς .... ἐβούλοντο πέμπειν* VIII, 11, 3. *Ξυνέπεμψε δὲ καὶ Τισσαφέρνης αὐτῷ πρεσβευτὴν τῶν παρ' ἑαυτοῦ, Γαλείτην ὄνομα* VIII, 85, 2.

Ab illa locali, de qua supra disputavimus, notione præpositionis *παρά*

B) significatio translata

quam proxime abest, ut inter se sæpe commutari possint illæ notiones, quod fit, verbo addito vel omisso, in exemplis de nuntio ab aliquo veniente enumeratis. Ejusdem fere generis est: *Ἔλεγε τὰ* (aud. *λεγόμενα*) *παρὰ τῶν Βοιωτῶν* (exposuit mandata Boeotorum) IV, 97, 2. Cfr. VIII, 89, 1., ubi, quamquam verbum quoddam cogitatione expleri potest, ex articulo neutrius generis *παρά* pendere videtur.

Hæc translata significatio præpositionis *παρά* caussalem vim plerumque continet, indicans, unde quid exoriatur, a quo proficiscatur. Ea vi cum talibus verbis conjungitur *παρά*, qualia sunt *αἰτεῖν, ἀκούειν, ἀναιρεῖσθαι, ἀπαγγέλλειν, ἀπολαμβάνειν, δέχεσθαι, ἐκλέγειν, ἐπεξέρχεσθαι, κομίζεσθαι, λαμβάνειν, μανθάνειν, προσδέχεσθαι, ἐπίστασθαι, γίγνεσθαι.*

Ex. *Ὡς μέγιστα αἰτοῦντα παρὰ τῶν Ἀθηναίων μὴ ξυμβῆναι* VIII, 56, 2. *Τοιαῦτα μὲν περὶ τοῦ νῦν οἰχομένου στόλου παρὰ τοῦ τὰ ἀκριβέστατα εἰδότος ὡς δεινοήθημεν ἀκηκόατε* VI, 91, 1. Cfr. VI, 93, 1. *Τοὺς δὲ νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀνελόμενοι παρὰ τῶν Αἰτολῶν* III, 98, 4. *Ὡς δὲ ὁ κῆρυξ*

τε ἀπήγγειλεν οὐδὲν εἰρηναῖον παρὰ τῶν Κορινθίων I, 29, 3. Οὔτε Σόλλιον σφίσιν ἀπέλαβον παρ' Ἀθηναίων οὔτε Ἀνακτόριον V, 30, 3. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται I, 20, 1. Cfr. I, 9, 1. II, 62, 4. Οἱ δὲ χρήματα μὲν ἐξέλεξαν ἐς δύο καὶ τριάκοντα τάλαντα, οἱ Πελοποννήσιοι, παρὰ τῶν Ῥοδίων VIII, 44, 3. Ἀλλ' οἷς τε αὐτὸς παρῆν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων, ὅσον δύνατον, ἀκριβείᾳ περὶ ἑκάστου ἐπεξελθὼν (ἠξίωσα γράφειν) I, 22, 2. (H. l. Kruegero valde assentior, qui ita vertit et disputat: "Ἀλλ' οἷς τε.... f. ἀλλὰ ταῦτα τε [ἠξίωσα γράφειν] οἷς αὐτὸς παρῆν, worauf statt des entsprechenden καὶ ἃ ἐπεξῆλθον eine andere Wendung folgt: Ich glaubte mich verpflichtet nur darzustellen theils von Andern [durch Erkundigung bei ihnen], so weit es möglich war, mit Genauigkeit erforscht habend [was ich erforscht habe]. Denn so wird ἐπεξελθών hier mit dem Sch. [ἐρευνῶν] zu fassen sein da sich zu παρὰ τῶν ἄλλων nicht füglich πυνθανόμενος widerholt denken lässt." Poppo e contrario sic jungit et explet: "ἀλλ' [ἠξίωσα γράφειν] ἐπεξελθὼν [persecutus narratione] οἷς τε αὐτὸς παρῆν καὶ παρὰ τῶν ἄλλων πυνθανόμενος [αὐτά], i. e. καὶ ἃ ἐπυνθανόμην.") Καὶ ὕστερον ὑποσπόνδους τοὺς νεκροὺς ἀποπλεύσαντες οἱ Ἀθηναῖοι παρὰ τῶν Λευκαδίων ἐκομίσαντο III, 7, 3. Cfr I, 43, 1. Παρά τε τοῦ Θεαγετέρου δύναμιν λαβὼν I, 126, 3. Cfr. VI, 98, 1. VIII, 28, 4. 58, 4. Καὶ νεώτερός τις παρὰ πρεσβυτέρου αὐτὰ μαθὼν I, 42, 1. Ἐψηφίσαντο κήρυκα καὶ πρεσβείαν παρ' Ἀθηναίων μὴ προσδέχεσθαι V, 80, 1. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἠγγέλθη εὐθὺς τὰ παρὰ τῶν Πλαταιῶν γεγενημένα II, 6, 2. (Quamquam omnes pæne editores recentiores Bekkerus, Classenius, Kruegerus, Poppo, Arnold, Bœhme, Gervinus h. l. περί præpositione utuntur, quam habent nonnulli etiam codd., mihi tamen valde placent, quæ Didotus pro lectione τὰ παρὰ τῶν Πλ. disputat: "En lisant avec un peu d'attention ce paragraphe on sera convaincu qu'on ne doit pas lire

autrement le passage en question. Thuc. entend par *τὰ γεγενημένα παρὰ τῶν Πλ.* l'attaque nocturne faite par les Platéens et annoncée par le premier et le second courrier." A qua tamen sententia Benedict ille abhorret. "Meliorem puto," inquit, "esse sex codicum lectionem: *τὰ περὶ τῶν Πλ.* —. Nam illud: *παρά* quia non ad: *ἠγγέλθη*, sed ad: *γεγενημένα* deberet referri, h. l. minus quadrat.") *Καὶ ταῦτα παρ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπισταμένας τὰς πόλεις* (civitates ipsa experientia edoctas) *σαφῶς αὐτὸς εἰδέναι ὅτι οὕτω νομίζουσι* VIII, 48, 6. (de quo loco infra plus loquamur.)

Eandem significationem caussalem continet præpositio *παρά* ex substantivo suspensa hoc loco: *Ξυνελών τε λέγω τήν τε πᾶσαν πόλιν τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν εἶναι, καὶ καθ' ἕκαστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν αὐτὸν ἄνδρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη, καὶ μετὰ χαρίτων μάλιστ' ἂν εὐτραπέλως, τὸ σῶμα αὔταρκες παρέχεσθαι* II, 41, 1. (*παρ' ἡμῶν* = qui a nobis exstitit, ortus est; perbene interpretatus est Bothe: per nos, nostra opera et disciplina, et Kruegerus: von uns her, durch unsre Erziehung und Bildung ausgerüstet.)

Item ex articulo neutrius generis suspensa, significans *α*) quæ ab aliquo fiant; ex. *Τὰ παρ' ὑμῶν ἀξίως προαπαντῆσαι* (ea quæ præparastis ad patriam defendendam; eure Rüstungen. Krueg. eure Streitkräfte. Bœhme.) I, 69, 4. Cfr. *Τὰ δὲ παρ' Ἐγεσταίων, ἃ λέγεται ἐκεῖ ἑτοῖμα, νομίσατε καὶ λόγῳ ἂν μάλιστα ἑτοῖμα εἶναι* VI, 22, 3. *β*) quæ ad quem pertineant vel a quo exspectentur: *Οἵ τὰ παρ' ὑμῶν νομίσαντες ἤδη κατὰ κράτος πολεμεῖσθαι ὀλιγωρήσουσιν* (*ὅσον ἀφ' ὑμῶν.* Duk.) VI, 91, 6.

Eandem fere caussalem vim nescio an *παρά* præpositio his in exemplis contineat, ubi quum solus genitivus ad sententiam exprimendam sufficeret, præpositio pæne supervacanea est: *Τὴν παρὰ Περδίκκου διακοσίαν ἵππον* I. 62, 2. *Ἀλκιβιάδην .... ἄσμενον τὴν παρὰ βασιλέως ξυμμαχίαν παρέξειν* VIII, 76, 6. *Μὴ ὑπερβαίνοντας τὴν*

ὁδὸν τὴν ἀπὸ τῶν πυλῶν τῶν παρὰ τοῦ Νίσου (a portı. quæ a Niso nomen habent) ἐπὶ τὸ Ποσειδώνιον IV, 1 4. (Bothe quidem h. l. παρά, glossema quoddam t... conjiciens, uncis circumscribit. "Sunt autem hæc ideo obscuriora, quod et singula loca nominata accurate non novimus, et scriptura parum certa est." Pp.)

Hic est translata caussalisque vis usitatior; et si Dobræum sequimur, qui in exemplo παρ' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπισταμένας verba παρ' αὐτῶν in ἀπ' αὐτῶν mutavit, loci Thucydidei non impediunt quominus grammaticis veteribus assentiamur dicentib cum genitivo conjuncta

"ἡ ΠΑΡΑ ἐμψύχων ἐστίν".